

BUTLLES D'ALEXANDRE III, INÈDITES

Els monestirs de San Cugat del Vallès i de Sant Llorenç del Munt, tot just acabaven de refer-se de l'escomesa a la seva independència, de què foren objecte per part de l'abat Frotard de Sant Ponç, de Torrerres, i del bisbe Bertran, de Barcelona, quan, ja a la meitat de la dotzena centúria, els veiem pledejant entre ells per un pretès predomini del primer damunt del segon. Kehr en els *Papsturkunden*¹ recull uns pocs documents sobre aquest litigi, tot planyent-se, encuriosit en gran manera per les clàricies que s'hi entreveuen, de la pèrdua de la interessant documentació complementària. Doncs bé, en el fons documental del primer dels esmentats monestirs existent en l'Arxiu de la Corona d'Aragó² ha aparegut un protocol, objecte d'aquesta publicació, que dóna molta més llum sobre aquell procés.

ANTECEDENTS DEL PLET. — Els orígens precisos del monestir de Sant Llorenç ens són desconeguts. D'abans de la devastació de les comarques barcelonines per les hosts d'Almançor (985), gairebé sols en podem constatar l'existència. Pujades cita una deixa pia que li fou feta l'any 947 per la matrona Emerència, una altra de 948 i sobretot una dotació molt important del comte Borrell el 974³. D'aquesta època no trobem cap document que faci referència a la subjecció del monestir de Sant Llorenç al de Sant Cugat. En canvi, passada la invasió alarb, ja en 986, segons un document publicat per Marca⁴, Lotari, a precís d'Odó, abat del monestir del

¹ KEHR, P., *Papsturkunden in Spanien*, I: Katalanien, 2: Urkunden und Regesten (Berlín 1926), núms. 138, 188 i 189.

² ACA, FONS: Sant Llorenç de Munt (en vies de catalogació), pergamí de 18 X 82 cm.

³ PUJADES, G., *Crónica general del Principado de Cataluña*. Vol. VII. (Barcelona 1831), pàgs. 82-88 i 187-88.

⁴ MARCA, P. DE, *Marca hispanica*, París 1688, col. 938. La data és equivocada; ha d'ésser el 986 i no 988.

Vallès, confirmà al seu cenobi una llarga sèrie de donacions obtingudes anteriorment, entre les quals posa "ecclesiam sancti Laurentii et ipsum montem quem dicunt sancti Laurentii", és a dir, l'església i muntanya de Sant Llorenç, sense esmentar concretament el monestir, llavors segurament derruït. Del segle següent coneixem diversos documents⁵ que fan referència a aquestes possessions del monestir de Sant Cugat en la muntanya de Sant Llorenç. L'any 1097 apareix per primera vegada un document⁶ del comte Ramon Berenguer III en el qual es diu que el monestir de Sant Llorenç havia estat fundat en un alou del de Sant Cugat i que d'ací sortiren els primers abat i monjos d'aquell "in cuius alodio certis scripturarum indiciis probatur esse conditum"; per quina raó el comte fa donació del monestir d'aquesta muntanya al del Vallès. És digne de notar la frase "certis scripturarum indiciis", que sembla voler dir que la cosa no era del tot clara.

Amb aquests precedents, els documents ja coneguts i els que ara publiquem de nou (vegeu els apèndixs) podem resumir així l'història del llarg plet entre els monestirs de Sant Cugat i de Sant Llorenç amb motiu de l'elecció d'abat per aquest darrer.

EL PLET. — L'any 1163, en morir l'abat de Sant Llorenç, probabilíssimament⁷ fra Bernat Eimeric, els seus monjos elegiren un dels de la comunitat de nom Llorenç. En ésser presentat per a la seva aprovació a l'abat Ramon de Sentmenat de S. C., aquest no solament refusà atorgar-los-la, per haver estat elegit *eo inconsulto* i àdhuc estant absents tres dels capitulars, sinó que els imposà com abat un dels seus monjos. Els de Sant Llorenç no l'acceptaren i fou portada la qüestió al bisbe de Barcelona Guillem de Torroja, qui inquirí els ori-

⁵ Així, les butlles papals de Silvestre II (a. 1002) i Joan XVII (a. 1008) publicades per A. Millares Carlo (*Doc. pontificios en papiro de archivos catalanes*. Primera parte. Madrid, 1908, p. 215 i 231); així, un doc. de 1013 pel qual el monestir de Sant Cugat alienà "alaudes quod tenebamus per vocem sancti Laurencii martyris Christi que fundata est basilica in cacumine montis excelsis super Terratia" (PERAY Y MARCH, J. DE, *San Cugat del Vallès*, Barcelona 1931, pàgs. 207-208).

⁶ PERAY, ob. cit., pàgs. 209-210. Cfr. MAS, J. *Notes històriques del bisbat de Barcelona*, vol. V (Barcelona 1909), p. 112.

⁷ Diem "probabilíssimament" perquè l'abaciologi de S. Ll. publicat per Vergés (*Sant Llorenç del Munt: son passat, son present i son futur*, Barcelona 1897, p. 55) necessita una profunda revisió.

gens històrico-jurídics de la contesa. La comunitat de Sant Llorenç al·legà que la subjecció datava tan solament del comtat de Ramon Berenguer III i que mai per mai no podia esdevenir legítima una donació anticànònica, com ho fou aquella, per tractar-se d'una investidura eclesiàstica de mans d'un laic, ultra ésser atemptatòria a la regla de Sant Benet que estatueix plena llibertat en l'elecció i veda d'imposar càrregues als monestirs fora del temps de llur fundació, i el de Sant Llorenç llavors fou "*liberum ab omni iugo servitutis sive tribut.*" El bisbe preguntà per la forma com fou nomenat l'abat traspassat recentment. Els dos bàndols asseguraven, cada u amb testimonis, que al seu Capítol. Tan oposades assurances s'agermanen si es té en compte que, no avenint-se els monjos de Sant Llorenç respecte al candidat, amb motiu que un d'ells, Guillem Gelabert, per ésser noble, de totes passades volia ésser elegit, acudiren a l'abat de Sant Cugat per tal que els donés un dels seus monjos, com així ho féu aquell al seu Capítol.

Com que l'embull no s'aclaria, l'electe de Sant Llorenç apel·là al Sant Pare. El bisbe de Barcelona, a instàncies de l'arquebisbe electe de Tarragona Huc de Cervelló (qui feia bo a la causa de S. C.), li interdigué entretant l'administració de l'abadia, en la qual fou reposat poc després, i al mateix temps anul·lava l'elecció feta per l'abat de S. C. (doc. 1).

Personats que foren un i altre bàndol davant el sant Pare, aquest cancellà les dues eleccions, i, com que els emissaris no venien suficientment informats, comissionà els bisbes Guifred de Tortosa i Artal d'Elna per tal que estudiessin la qüestió i fallessin en conseqüència (doc. 3). En altres dues lletres apostòliques el papa fa present aquelles seves provisions al bisbe de Barcelona (doc. 2) i a l'abat de S. C. (doc. 4) manant-los, ensem que no tolerin revenja de cap mena contra la persona i parents del monjo Llorenç.

Aquesta reconvençió del papa a la pau es veu que no fou escoltada, puix que, com es pot veure en el doc. 5, els familiars de l'electe de Sant Cugat inferiren greus danys als de Sant Llorenç qui els denunciaren a la comissió pontifícia que feia el sord i deixava transcórrer el temps.

Convocades, per fi, ambdues parts a Tarragona, prometeren acatar el veredict de l'arquebisbe Huc i del bisbe de

Barcelona, als quals havia passat per subdelegació la comissió papal. Passats dos anys i mig sense que els de Sant Llorenç rebessin cap satisfacció i sovintejant els torts, acudeixen de nou a la Seu apostòlica, dolent-se tant de les vexacions com de la trigança de la resolució (doc. 5). Alexandre III renovà la comissió substituint el bisbe de Tortosa per l'abat Ramon de Santa Maria d'Arles (doc. 7). Els encarrega que vegin de trobar una solució amistosa, o, sinó, canònica; i al mateix temps escriu a l'arquebisbe de Tarragona i al bisbe de Vic (doc. 6) reconvenint-los que castiguin els injustos damnificadors, altrament ho farà la comissió de nou nomenada. Pel doc. 8 el papa assabenta el bisbe de Barcelona del nomenament dels nous delegats.

Aquests amb les parts afectades es reuniren l'any 1168 a Sant Celoni, aprofitant l'avinentesa de celebrar-s'hi un concili provincial de la tarraconense, al qual concorregueren els ja esmentats arquebisbe de Tarragona i bisbes de Barcelona i Vic entre altres. S'arribà a una amistosa concòrdia⁸. En ella es preceptua que l'elecció de nou abat de S. Ll. es faci en el seu capítol i a presència de l'abat de S. C.; que el nou electe vagi després a fer promesa d'obediència a aquest. El bisbe de Barcelona li donarà la benedicció. El cens anual de tres auris, que pagava Sant Llorenç, és rebaixat a dos.

Fixada poc després la data de la nova elecció, els monjos de S. Ll. proposaren unànimement com abat el mateix Llorenç, a la qual proposta s'oposà el de Sant Cugat, al·legant que el Sant Pare havia cancel·lat la seva primera elecció. De nou rebrotà la discussió, i les parts convingueren en reunir-se davant del bisbe de Barcelona. Exposat que fou el cas en la cúria episcopal, un monjo de S. C. (germà de l'anterior electe d'aquest convent) apel·là al papa, contradint-ho el seu abat (document 9). Decebuts els benedictins de Sant Llorenç per aquesta nova dilació, denunciaren a Alexandre III la concòrdia de Sant Celoni, defectuosa d'origen per diverses raons que exposen i perquè ells la signaren "seducti a quibusdam" (doc. 10).

El monjo Llorenç es presentà al Sant Pare, però no la part de Sant Cugat ni l'arquebisbe de Tarragona que l'havia acusat de perjur. Alexandre III mana al bisbe de Barcelona que

* Publicada en *Bol. Real Acad. de la Historia* 41 (1902) 257-58.

faci una crida pública per tal que els que vulguin acusar de perjuri o de qualsevol altre crim el susdit electe, ho facin abans de la segona dominica de Pasqua; altrament, transcorreguts trenta dies, li atorgui la benedicció⁹.

El que passà en el deseni següent ens és per ara poc conegut. És molt probable que hi hagués noves apel·lacions a la Santa Seu, puix que en el protocol trobat pel Dr. Rius¹⁰ (que segurament fa referència a aquesta època) s'alludeix un manament al bisbe d'Osca i es diu: "tū quia causa ista fere omnibus episcopis terre nostre pluries commissā est, tū quia dominus Iacintus iret in Galiciam, apud Barchinonam ... interrogavit ... statimque fecit (abbatem S. Laurentii) consecrari". Del 1179 tenim dues butlles pariones resolutòries del conflicte¹¹, adreçades als abats dels dos monestirs en pugna. En aquest any, en què se celebrava el concili ecumènic Lateranense III, acudiren les dues parts a Roma, i dos cardenals Joan de Sutri i Jacint Orsini (el Iacintus abans ehmentat, més tard papa amb el nom de Celestí III) comissionats pel Sant Pare donaren sentència modificant lleugerament la concòrdia de Sant Celoni, segons es veu en les butlles citades.

Així sembla que es clogué aquest llarg i enutjós plet, i sense grans entrebancs, per bé que amb algunes topades¹², fou observada la sentència fins a l'absorció del cenobi de Sant Llorenç pel col·legi d'estudiants pobres que la Congregació claustral benedictina tarraconense fundà a Lleida.

ELS DOCUMENTS. — Els nous documents que publiquem els coneixem en una còpia de l'època i tots ells són sense l'any d'expedició. La seva autenticitat és ben palesa, puix que no sols encaixen sinó que completen la minsa documentació coneguda, és a dir, la concòrdia de Sant Celoni, les tres butlles anotades per Kehr (núms. 138, 188 i 189) i les frases inconnexes del protocol fet malbé, trobat pel Dr. Rius.

Tres grups de documents encapçalats amb sengles apel·lacions al Sant Pare podem assenyalar en el nostre protocol. El primer (anys 1163-64) comprèn quatre instruments, ço és,

⁹ Butlla publ. per KEHR, obra cit., núm. 138.

¹⁰ Vegu: KEHR, obra cit., p. 66.

¹¹ KEHR, núms. 188 i 189.

¹² VERGÉS, obra cit. cap. XIV.

el plantejament de la qüestió pel bisbe de Barcelona i tres butlles papals. El segon (a. 1167) n'enclou també quatre, el memorial de greuges presentat a Alexandre III pels monjos de Sant Llorenç (doc. 5) i altres tres butlles. El tercer (a. 1168) n'agafa dos, l'exposició dels fets esdevinguts després de la concòrdia de Sant Celoni (doc. 9) i la denúncia d'anticanonicitat d'aquesta, feta pels esmentats religiosos (doc. 10).

Per a datar aquests tres grups de documents hem tingut present les següents dades. La concòrdia de Sant Celoni, datada d'una manera expressa, és del 4 de març de 1168. Els documents 1-8 han d'ésser necessàriament anteriors i els dos darrers, 9-10, posteriors a aquesta data.

El primer grup de butlles papals (docs. 2-4), per ésser datades a Sens, l'hem de situar als anys 1164-65, en els quals Alexandre III sojornà en aquesta ciutat. Ara bé, el doc. 1, que l'hem de suposar anterior en alguns mesos, s'ha de fixar al 1163 per les paraules "*consilio et instinctu electi Tarraconensis*", ja que precisament en aquest any hi hagué arquebisbe electe a Tarragona i ho acaba de confirmar la frase: "*auctoritate comitis Barchinonensis patris istius nuper defuncti*", defunció (de Ramon Berenguer IV) que s'esdevingué el 6 d'agost del 1162. És, doncs, el doc. 1 del 1163, les tres butlles següents seran del gener del 1164 i no del 1165, com ho farà veure millor el que direm del segon grup.

En efecte, el memorial de greuges dels monjos de Sant Llorenç (doc. 5) fou presentat almenys dos anys i mig més tard que tots els anteriors documents, com es desprèn del: "*deinde per duos annos et dimidium eos expectantes*"; el més aviat, doncs, al segon semestre del 1166. No en el segon semestre del 1167, perquè les butlles 6-8, subsegüents en temps, com a datades l'abril i al Laterà han de suposar-se d'aquest any, puix que l'abril de 1168 Alexandre III ja no era en aquest lloc. La combinació de dates proposada és l'única possible.

Per fi, els dos documents del tercer grup (núms. 9-10) cal creure'ls poc posteriors a l'avenença de Sant Celoni i, per tant, de 1168.

Aquesta nostra datació, de rebot, precisa més el temps en què fou expedida la butlla n. 138 de Kehr, la qual no ho po-

gué ésser l'any 1167, ja que és una contesta als documents 9 i 10, dirigits al Sant Pare després de la concòrdia de Sant Celoni. Ha de fixar-se, doncs, probabilissimament a l'octubre de 1168 o, el més tard, de 1169 per ésser donada a Benevento, en la qual ciutat el papa romangué només aquests dos anys. També rectifica la data assignada per Kehr al fragment del protocol ja esmentat¹³ que no pot emplaçar-se el 1166, ans bé ha d'ésser posterior a tots els documents que publiquem. Bé podria ésser dels primers anys del decenni següent en què trobem a Espanya el cardenal Jacint¹⁴.

FRANCESC MIGUEL ROSELL, PREV.

Documents

1

[Barcelona, 1163]

Guillem de Torroja, bisbe de Barcelona, exposa a Alexandre III les vicissituds del plet sobre l'elecció d'abat del monestir de Sant Llorenç del Munt per tal que hi intervingui.

[Domino et pa]tri suo A(lexandro) Dei gratia universalis ecclesie pontifici humilis seruus G(ulielmus Torroja) Barchinonensis ecclesie minister, salutem et debitam reuerentiam. Sanctita[tem] uestram] scire uolumus monachos Sancti Laurentii de Monte, mortuo abbate suo, quendam monachum eiusdem monasterii nomine Laurentium ... elegisse. Huic autem electoni abbas Sancti Cucuphatis omnibus modis contradixit; ventum est ad me; iurauit electus ut staret man[us] me[us]; deinde conuocaui utramque partem; allegatum fuit ex parte abbatis Sancti Cucuphatis: et ideo electionem illam de iure non procedere cum, eo inconsulto et etiam tribus monachis ipsius monasterii absentibus, facta fuerit: qui in re non in monasterio Sancti Laurentii morantur, sed in monasterio Sancti Cucuphatis diuersas gerunt amministrationes. His responsum est, monasterium Sancti Laurentii monasterio Sancti Cucuphatis, si de facto, non de iure subiectum fuisse; subiectio enim illa processit auctoritate comitis Barchinonensis patris istius nuper defuncti qui contra dispositionem fundatoris ipsius monasterii, adhuc infra pubertatem constitutus ipse ... eiusdem abbatis Sancti Cucuphatis, qui tunc temporis utrique dignitati presidebat, uidelicet tam episcopatus quam abbacie, quoniam de abbate in episcopum fuerat assumptus, tradidit monasterium Sancti Laurentii sub tuitione et dominio pre-

¹³ *Papsturkunden*, p. 66.

¹⁴ L'any 1172 era a Tudela, el 1173 a Sahagún (cfr. *Papsturkunden*, II: *Navarra u. Aragon*, ns. 128 i 131), el 1174 presidia el concili de Lleida.

fati abbatis Sancti Cucuphatis, salua tamen regula ecclesiastica. Hec sunt uerba instrumenti quo abbas Sancti Cucuphatis nititur. Et ideo quoniam huic subiectioni reclamationat stilus et uoluntas primi fundatoris qui fecit ipsum monasterium liberum ab omni iugo seruitutis siue tributi, deducto quoque in irritum si quod unquam a successoribus suis contrarium factum fuisset, sicut in instrumento quodam ostenditur, dicitur ab hac parte sueiunctionem illam de iure non processisse, cum etsi de iure processisset non ad hoc porrigitur factum ut liberam facultatem eligendi, que monachis ex tenore canonum conceditur, eis auferat. Preterea fuit quesitum utrum electio abbatis Sancti Laurentii qui inpresenciarum decesserat, ab abbate Sancti Cucuphatis facta fuisset, an absolute a monachis Sancti Laurentii. Et fuit probatum ex parte abbatis per tres testes monachos electionem illam factam fuisse ab abbate Sancti Cucuphatis in capitulo suo, nullo tamen monachorum Sancti Laurentii presente. Propter quod dicitur ab aduersa parte illam electionem non ualuisse nisi alia subsecutura fuisset. Ex parte monachorum Sancti Laurentii fuit probatum per septem testes, id est, per duos monachos et per duos sacerdotes et per tres laicos electionem illam factam fuisse a monachis Sancti Laurentii in capitulo suo libere et absolute, presente tamen abbate, et allegatum fuit ex parte eorum ideo assensum abbatis in electione illius persone quesisse, quoniam promoueri non posset absque consensu eius, quia suus monachus erat. Hec autem que uidentur esse contraria presumimus uera fuisse quoniam tunc temporis erat dissensio et diuisio inter monachos Sancti Laurentii occasione cuiusdam monachi nomine Guilelmi Guilaberti qui propter nobilitatem suam uolebat esse abbas, inuitis aliis monachis et reclamantibus et hac de causa monachos Sancti Laurentii consuluisse abbatem Sancte Cucuphatis ut quem [de mona]chis suis eis in abbatem concederet et ipse, postea habito tractatu cum monachis suis, conuenisset in hanc personam et postea in [abbatem] monachis tradidisset. Super his quidem ante quam definitura procederet sententia ab electo Sancti Laurentii contra abbatem Sancti Cucuphatis ... [ad presentiam] uestre sanctitatis appellatum est. Deinde consilio et instinctu electi nostri Terrachonensis qui partem Sancti Cucuphatis fouet, iniunxi ipsi ... [conueni]entiam iurisiurandi, quod mihi fecerat, ut interim cessaret ab amministratione abbacie. Postea recessit abbas Sancti Cucuphatis [me] iniuso et inconsulto et sequenti die, nescio quo consilio, tamquam iuris ignarus, elegit in abbatem Sancti Laurentii quemdam monachum ... audito. Miratus temeritate ipsius infirmaui quod fecerat et restitui electum Sancti Laurentii in amministrationem quam ei interdi[xer]am. Sic in rei ueritate processit hoc negotium et rogo benignitatem uestram ut utrique ius suum conseruetur, saluo iure Barchinonensis ecclesie et obedientia que michi promittitur ab utroque.

2

Sens, 5 gener [1164]

Alexandre III comunica al bisbe de Barcelona que ha anul·lat les dues eleccions d'abat fetes per al monestir de Sant Llorenç i li ordena que, un cop s'hagin posat d'acord ambdues parts litigants, proveeixi el que calgui.

Barchinonensi episcopo. Ex tuarum litterarum tenore cognovimus quod cum in ecclesia Sancti Laurentii electio quedam a monachis eiusdem ecclesie celebrata fuisset, tu super eadem electione, questione suborta, ei, qui electus fuerat in ueritate iuramenti quod tibi de mandato tuo super ipsa electione seruando fecerat, precepisti ut de amministrazione ipsius abbacie se nullatenus intromitteret nisi se nostro prius conspectui presentaret. Cumque ille mandatum ipsum humiliter suscepisset, dilectus filius noster abbas Sancti Cucuphatis alium quemdam eis, post appellationem ad nos factam, sua auctoritate in abbatem elegit. Utraque itaque parte nostro conspectui presentata, nos, causa cognita, utramque electionem apostolica auctoritate cassamus et causam que inter eos super prelatione et subiectione noscitur agitari, quoniam ad eam neutra partium uenerat sufficienter instructa ut nos eam possemus ordine legitimo pertractare, uenerabilibus fratribus nostris Dortosensi et Helenensi episcopis comisimus audiendam et sine debito terminandam. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus utramque partem eorum iudicio stare facias et quod ipsi exinde compositione uel iudicio diffinierint, suscipere eos firmiter et seruare compellas, nullamque ibi interim electionem celebrari permittas. Preterea tue fraternitati mandamus quatenus consanguineos eiusdem abbatis et illius, quem ipse elegerat, moneas omnimodis et compescas, ut neque illi, quem monachi sibi elegerant in abbatem uel parentibus eius, nec etiam eisdem monachis seu monasterio eorum aliquam propter hoc molestiam inferant uel iacturam. Quod si nec tuis super hoc monitis acquieuerint, ecclesiastica eos censura coerceas. Et quoniam frater ipse, qui ab eis electus fuerat eidem ecclesie in officio quod prius gerebat necessarius esse dicitur et omnimodis opportunus, uolumus firmiter et mandamus quatinus eum in eodem officio quiete facias et pacifice ministrare. Datum Senon, non. ian.

3

Sens, 5 gener [1164]

Alexandre III comissiona els bisbes de Tortosa Gaufred i d'El-na Artal per tal que terminin la debatuda qüestió, amistosament si hi convenen ambdues bandes, o, en cas contrari, procedeixin canònicament.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei uenerabilibus fratribus Dortosensi et Helenensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter dilectos filios nostros abbatem Sancti Cucuphatis et monachos Sancti Laurentii super electione abbatis in ipsa ecclesia Sancti Laurentii ab eisdem monachis, facta controuersia, uerteretur, uenerabilis frater noster Barchinonensis episcopus, in cuius presentia negotium tractabatur et ad cuius iurisdictionem utraque ecclesia noscitur pertinere, ei qui electus fuerat, sicut ex litteris eius agnouimus, in uirtute iuramenti de mandato suo super ipsa electione seruando ab eodem electo recepti, mandauit ut se de ipsius abbacie amministrazione nullatenus intromitteret nisi nostro se ipsius conspectui presentaret. Cumque ille super hoc mandatum eiusdem episcopi recepisset, predictus abbas quedam de fratribus suis propria illis uolens auctoritate preficere, eum ipsis post appellationem ad nos factam in abbatem elegit. Unde cum utraque pars nostro se conspectui presentasset nos utramque electionem, causa cognita, apostolica auctoritate cassauimus, sed in causa que inter eos super prelatione et subiectione noscitur agitari, pro eo quod neutra parcium ad id uenerat sufficienter instructa, non duximus procedendum. Eam itaque discretioni uestre de qua plenam fiduciam gerimus remittentes, per apostolica uobis scripta mandamus quatenus, utraque parte ante uestram presenciam conuocata, causam ipsam diligentius audiatis et eam uel compositione, si forte poteritis, uel fine canonico terminetis, nullamque ibi electionem fieri usque ad eiusdem cause exitum permittatis. Preterea noueritis nos uenerabili fratri nostro Barchinonensi episcopo in mandatis dedisse, quod consanguineos eiusdem abbatis Sancti Cucuphatis et illius quem ipse elegerat, moneat omnimodis et compescat ut neque illi quem monachi Sancti Laurentii sibi elegerant in abbatem uel parentibus eius nec etiam eiusdem monachis seu monasterio eorum aliquam propter hoc molestiam inferant uel iacturam. Quod si non suis super hoc monitis adqueuerint, fraternitati uestre presencium auctoritate iniungimus ut uos eos sub anathematis districtione choerceatis. Datum Senon. non. ian.

4

Sens, 5 gener [1164]

Alexandre III assabenta l'abat de Sant Cugat de la delegació feta en el document anterior als bisbes de Tortosa i Elna.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis abbati ac fratribus Sancti Cucuphatis salutem et apostolicam benedictionem. Qualiter utramque electionem, que in ecclesia Sancti Laurentii facta fuerat, causa cognita in irritum deduximus tam ex relatione eorum qui ad nostram propter hoc presentiam accesserunt quam ex litteris nostris, quas delegatis ad prelationis et subiectionis causam iudicibus destinamus, expressius agnoscetis. Ne autem occasione ista consanguinei tui, dilecte fili abbas, uel consanguinei eius quem tu elegeras ei, qui a monachis Sancti Laurentii electus fuerat uel parentibus eius seu monachis ipsis aut monasterio eorum molestiam aliquam inferant uel iacturam, uos eos compescere mandamus et omnimodis commonere. Nam si illos propter hoc in aliquo molestare presumpserint, nos eos mandauimus censuram ecclesiasticam coherceri et etiam in periculum ordinis illius fratris uestri quem tu ibi, fili abbas, elegeras posset quam maxime redundare. Preterea uobis mandamus quatinus pro supradicta causa prelationis et subiectionis que inter uos et eosdem monachos noscitur agitari, uenerabilium fratrum nostrorum Dortosensis et Helenensis episcoporum, quibus eam terminandam commisimus, presentiam adeatis et quod ipsi exinde inter uos compositione uel sententia diffinierint, suscipiatis firmiter et seruetis. Datum Selon. non. ian.

5

[Sant Llorenç, 1166]

El convent de Sant Llorenç acut a Alexandre III planyent-se de les malifetes i dels greuges que rep del bàndol de l'electe de l'abat de Sant Cugat.

A(lexandro) Dei gratia summo uniuersalis ecclesie pontifici humiliter conuentus Sancti Laurentii salutem et reuerentiam. Nouerit Sanctitas uestra, domine pater, quod cum ex mandato uestro causam que inter nos et abbatem Sancti Cucuphatis uertitur, Helenensi et Dortuensi episcopis audienda et sine debito terminanda commissa fuisset, antequam ab eisdem episcopis conuocati essemus, fratres et consanguinei illius monachi, quem abbas Sancti Cucuphatis nobis in abbatem elegerat, non expectato ordine iudiciario, contra prohibitionem uestram atroces nobis iniurias et grauia dampna presumptuose inferre presum-

pserunt; quamdam, enim, vallem nostram, ubi plusquam XL mansiones hominum inhabitantur, hostiliter depredati sunt, fratri quoque illius quem elegeramus nobis in abbatem, quem nos communi uoto diligimus, utpote illum qui honus monasterii nostri semper a puero portauit et res sibi comissas bene ministravit, XVI^m plagas imposuerunt et matri eius duos dentes excuserunt, quibus semiuuiis relictis multisque aliis letaliter uulneratis, omnem substantiam et res eorum universas secum asportauerunt, nobis semper ad uestram et ad eorum presentiam quibus causa relegata fuerat reclamantibus. Tandem, conuocati ad presentiam iudicum, apud Terrachonam, compromisimus stare arbitrio domini Ugonis Terrachonensis episcopi atque episcopi Barchinonensis per consilium et mandatum eorundem iudicum, qui auctoritatem suam eis prebuerant, sicut melius ipsi a Sanctitate uestra acceperant. Deinde per duos annos et dimidium nos eos expectantes et, ut auctoritate sua fruerentur, eis sepius supplicantes post multas dilatorias exceptiones et dampnosas nobis dilationes, satis calamitatibus ac duris contumeliis affecti, ad presenciam uestre Sanctitatis recurrimus, flexis genibus implorantes quatinus tales nobis donetis iudices qui Deum timeant et propter hominem facere iusticiam non uereantur.

6

Laterà, 11 abril [1167]

Alexandre III mana a l'arquebisbe de Tarragona Huc de Cerve-lló i al bisbe de Vic Pere de Redorta que castiguin els injustos damnificadors del monestir de Sant Llorenç obligant-los a reparar els danys i perjudicis.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei uenerabilibus fratribus Terrachonensi archiepiscopo et Ausonensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis monachi Sancti Laurentii quod fratres et consanguinei illius quem abbas Sancti Cucuphatis sibi in abbatem elegerat, possessiones suas ausu temerario depredari et sibi dampnum mille solidorum et eo amplius presumpserunt inferre. Quapropter fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus quatinus malefactores memoratos diligencius commonere et ecclesiastica districtione compellere studeatis, ut predictis fratribus et monasterio suo ablata omnia, dilatione et excusatione cessante, cum integritate restituant et data dampna studeant plenius resarcire. Quod, nisi per uos fuerit celerius executioni mandatum, uenerabili fratri nostro Elenensi episcopo et Arulensi abbati, quibus causam que inter prelibatum abbatem et eosdem fratres Sancti Laurentii noscitur agitari commisimus, nos in mandatis dedisse noscatis quod prenominationatos maleficos ad predicta exequenda nostra freti auctoritate constringant. Datum Lat. III id. april.

7

Laterà, 9 abril [1167]

Alexandre III comissiona el bisbe d'Elna Artal i l'abat de Santa Maria d'Arles Ramon per a resoldre el plet entre ambdós ciutats monestirs.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei uenerabili episcopo et dilecto filio Arulensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens inter religiosos uiros aliquę controuersie consurgunt et ad examen sedis Apostolice perferuntur, eis diffiniendis nos oportet uigilanter intendere, uel talibus personis comitere que discretionē noscantur et sciencia preminere. Quapropter nos de prudentia et honestate uestra plenius confidentes, causam que inter ecclesiam Sancti Laurentii et ecclesiam Sancti Cucuphatis super electione abbatis, quam illi de Sancto Cucuphate per se fieri debere proponunt et super subiectione ecclesie Sancti Laurentii noscitur diucius agitari, experientie uestre committimus audiendam et, remoto appellationis obstaculo, sine debito terminandam. Ideoque discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus, cum exinde fueritis requisiti, utramque partem ad uestram presenciam conuocetis, et rationibus hinc inde auditis plenius et cognitis, eandem causam, iusticia mediante, terminetis et ita suppliciter et pure in executione huius negotii procedatis, quod iudicium uestrum tam in conspectu Dei quam in oculis hominum rectum debeat et commendabile apparere. Abbatem quoque predictę ecclesie Sancti Cucuphatis studeatis diligenter et sollicite commonere, ut ce[n]sum, qui eidem ecclesie Sancti Laurentii dicitur irrationabiliter et iniuste impositus, si ita est, ulterius non requirat. Quod si forte uestris monitis parere noluerit, cognoscentes primo quod census ille contra ius et iusticiam fuisset impositus, predictam ecclesiam Sancti Laurentii ab ipsius census exactione auctoritate nostra protinus absoluat. Noueritis preterea, nos uenerabilibus fratribus nostris Ter-rachonensi archiepiscopo et Ausonensi episcopo in mandatis dedisse ut monachum illum, quem abbas Sancti Cucuphatis fratribus Sancti Laurentii prouiderat in abbatem, fratres quoque et consanguineos eius diligenter amoneant et ecclesiastica districtione compellant ut iam dictis fratribus et monasterio suo, uniuerſa que de rebus uel possessionibus suis abstulerunt, cum integritate restituant et data dampna sibi non differant plenius resarcire. Quod si a predictis archiepiscopo et episcopo non fuerit celerius executioni mandatum, fraternitati uestre presencium auctoritate iniungimus ut uos predictos uiros ad eorum, que superius diximus, executionem auctoritate nostra sub anathematis districtione cogatis. Datum Lat. V id. aprilis.

8

Laterà, 9 abril [1167]

Alexandre III comunica al bisbe de Barcelona la delegació feta en el document anterior al bisbe d'Elna i a l'abat d'Arles.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei uenerabili fratri Barchinonesi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Causam que inter dilectos filios nostros abbatem Sancti Cucuphatis et monachos Sancti Laurentii super electione et subiectione abbatis, quam illi de Sancto Cucuphato per se fieri debere proponunt, et super aliis agitur, uenerabili fratri nostro Helenensi episcopo et dilecto filio Arulensi abbati commisimus audiendam et sine debito terminandam. Quocirca per apostolica scripta fraternitati tue mandamus quatinus, cum exinde fueris requisitus, utramque partem ad presenciam predictorum iudicum accedere et eorum super hoc iudicium obseruare diligenter commoneas et districte compellas. Datum Lat. V idus aprilis.

9

[Abril (?) 1168]

Artal, bisbe d'Elna, i Ramon, abat d'Arles, informen Alexandre III de com la concòrdia pactada a Sant Celoni [4 març 1168] entre els representants dels monestirs de Sant Llorenç i de Sant Cugat no ha estat observada, restant el plet sense resoldre.

Causam que inter abbatem Sancti Cucuphatis et monachos Sancti Laurentii uertebatur ex iniuncto paruitati nostre officio agnoscentes, rationibus hinc inde auditis et depositionibus testium seu productionibus instrumentorum diligencius examinatis, transactione ex consensu utriusque partis interposita, terminasse credideramus. Hec autem contra communem opinionem et ordinem iudiciarium lis forcior excitata est, sed ut melius, ueritate rei cognita, Sanctitas uestra discernat que pars in culpa fuerit quodue meritum quemque sequi debeat, et transactionem interpositam et causam dissensionis exponendam uobis esse duximus. Monachis Sancti Laurentii concessimus in ecclesia sua secundum regulam beati Benedicti electionem facere, presente tamen abbate Sancti Cucuphatis et consilium canonicum prebente omni malignitate remota; deinde electus promitteret obedienciam abbati Sancti Cucuphatis; censum, qui prius trium aureorum fuerat, cuius impositio manauit ex proprio motu dumtaxat et auctoritate abbatis Sancti Cucuphatis et monachorum suorum ad summam [duorum] reduximus. Postea ut in rei ueritate ex quorundam relatione agnouimus et ut ego A(rtal-dus) episcopus [Elnensis] eorum assertioni, licet religiosorum, nondum

fidem adhibens, ueniens Barchinonem ad inquirendam ueritatem ab ore ipsius abbatis Sancti Cucuphatis audiui: monachi Sancti Laurentii statuantes diem qua electio fieret, uocauerunt abbatem ut interesset electioni et quosdam alios religiosos. Affuit abbas. Cum tractaretur de electione dixit abbas monachis ut exprimerent ei in quam personam uellent conuenire. Postea monachi omnes, habito seorsimconsilio, responderunt abbati: nos quia cognocimus et experti sumus Laurentium utilem et necessarium esse ecclesie nostre et quantum fragilitas nostra agnoscere potest huic officium dignum unanimiter eligimus eum in abbatem. Respondit abbas: scio quia Laurentius bonus et utilis est sed, quia dominus Papa cassauit eius electionem, non credo uos eum modo posse eligere. Dixerunt monachi obiectis aliud: nichil habemus rescriptum a domino Papa. Uideamus. Exhibuit. Acquieuit abbas, non ut expressim confirmaret electionem sed omnino non contradixit, et mandauit eis quod die martis proxima representarent se episcopo barchinonensi et interim super hoc haberent consilium. Monachi cognoscentes quod hec dilatio erat eis dampnosa, supplicauerunt abbati ne daret huiusmodi dilationem nec amplius uexaret monasterium. Abbate uero precibus eorum acquiescere nolente, dixerunt se esse representaturos die statuta coram episcopo, factum quoque quod fecerant ei tamquam patri ostensuros et rogaturos quod huic facto auctoritatem suam preberet. Amplius processerunt. Timentes quosdam, quorum consilium abbas expectabat, dixerunt abbati quod, si uellet impedire electionem, nisi rationabiliter eam in irritum deducere posset, appellabant ad audienciam uestram. Statuta die uenerunt omnes Barchinonem coram episcopo. Uenit et abbas. Denique cum tractaretur super hoc negotio monachus quidam Sancti Cucuphatis, frater illius qui ab abbate fuerat electus, appellauit super hoc facto ad audienciam uestram, inuito et contradicente abbate suo et etiam mandante in uirtute obediencie ne ad huiusmodi appellationem prorumperet. Ita, pater et domine, factum istud processit, et credimus quoniam iniuste affligitur et uexatur monasterium Sancti Laurentii, et quia plus ab eo exigitur quam debetur, forsitan ex gracia et miseratione clemencie uestre et suo iure consequetur liberationem debiti quo tenetur.

10

[Sant Llorens 1168]

Apellació dels monjos del cenobi de Sant Llorenç a Alexandre III per tal que els lliuri de tot lligam de dependència del de Sant Cugat.

Domino et patri suo A[lexandro] Dei gratia summo pontifici humiliter conuentus monachorum Sancti Laurentii de Monte salutem et obedienciam. Conuentio nostra sepe ac sepius iterata dominum et patrem nostrum tedio non afficiat, quoniam non est qui consoletur nos in tribulatione nostra nisi misericordia et pietas uestra uiderit afflictionem nostram et liberauerit nos de manibus eorum qui nos persecuntur. Nouerit itaque Sanctitas uestra, quod cum ex mandato uestro uenissemus coram episcopo Helenensi et abbate Arulensi reportaturi sententiam ab ipsis

prolatam, seducti a quibusdam compromissimus stare arbitrio eorum. Arbitrati sunt ut tenor litterarum ipsorum uobis ostendit. Sed uidetur nobis arbitrium iniquitatem continere. Cum enim inuestituras episcopatus uel abbacie uel ecclesie de manu imperatoris uel regis uel alicuius laice persone susceptas, apostolica auctoritas in irritum deducat et donationem monasterii nostri abbas Sancti Cucuphatis de manu comitis olim suscepit, ut denotat instrumentum ab ipso prolatum, non uidetur arbitrium bonum fuisse, cum subiectio monasterii abbati sit concessa. Item liberationem census consequi debuissimus, cum sit certo cercius eius impositionem ab abbate dumtaxat Sancti Cucuphatis et suorum processisse, et ut habemus in quodam decreto in monasteriis nil a quoquam constitui potest nomine possessionis nisi forsitan tempore consecrationis. Hec fuit maior ratio imponere duos quam tres aut plures. Item presenciam abbatis in electione nostra, que nobis a sanctis patribus libera concessa est, licet dominus Helenensis remouerit omnem dolum, materiam dissensionis prestat, ut inpresenciarum cognoscere potestis. In his omnibus grauati sumus, in pace tamen hec omnia sustinuissemus, si ipsi cessarent a persecutione nostra. Cum igitur nemo est qui liberet nos a malo et expediat negocium nostrum, ad pedes Sanctitatis uestre decurrimus, humiliter implorantes, quatinus electum nostrum quem honestum et utilem esse cognouimus benigne suscipiatis.

ACA, Fons Sant Llorenç del Munt, pergami.